UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

**Dominicus**

**Francofurti, 1613**

Venator

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

nthia, neq; aurea meliorem tibi cibum faciunt, neq; Samia peiorem, neq; omnino de quantitate rerum, ſed ex morbo animi hæc veſtra cupiditas orta eſt, ſeu ipſa potius moribus eſt animi, cui vt conſulens conualeſcas pro inutilium tot vaſorum curis vnam arripe vtilem ac ſalubrem, vt ſcias ipſe tuum vas in ſanctificatione & honore (ſicut ſcriptum eſt) non in paſſione deſiderii poſſidere.

# Vehementia.

## ¶ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

VEhementia, Græce σφοδρότης, ητος. ἡ & σφοδρὸς. ȣ ὁ. vehemens, & σφόδρα, vehementer dicitur. Hebr. *Chezek, Chozek, chazkah*, à verbo *Chazak*, præualuit, fortis fuit, obfirmatus eſt. Cognationem habet cum *Achaz*, firmiter apprehendit, valide tenuit. Hinc ἰσχύω, valeo, fortis ſum. Nonnulli vehementiam ad affectum, fortitudinem ad affectum & corporis robur referunt. Eſt autem vehementia quædam acritudo, dicta à vi & impetu mentis, *ſecund. Gellium.*

## ¶ SENTENTIAE PHILOS.

Vehementia, ac furor haud vitioſi duntaxat amoris, verum cuiuſcunq; amoris intenſi atq; efficacis, vel honeſtus, vel turpis is eſſe dicatur, proprietas quædam exiſtit. *Leo. Heb. de am. dialo.*

## ¶ ADAGIA.

Oeſtro percitus. Οἴςρῳ παραπλὴξ τίς.
*Ingenti animi cupiditate commotus ac velut attonitus. Suidas.*
Er hat Hummeln im Kopff.
Pyrrhichen oculis præ ſe ferre. Πυῤῥίχην βλέπειν.
*Id eſt: Tumultum ac bellum præ ſe ferre.*
Πυῤῥιχίζειν.
*Si quis tumultuantem & ira exardeſcentem dicat πυῤῥιχίζειν, non carebit prouerbii ſpecie.*
Martem tueri.
*Simili tropo dicitur apud Ariſtophanem, ἀρηβλέπειν, pro torue tueri.*

# Velocitas.

## ¶ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

VElocitas, Græce ταχύτης, ητος, ἡ, & ταχὺς, ιος, ὁ, velox dicitur, cuius comparatiuum velocius. Velocitas Hebr. *Meherah, Mahir*, velox, à verbo *Mahar*, Accelerauit, feſtinauit, inſtar aquæ fluentis de monte arduo, & præcipiti. Eſt autem velocius quod in æquali tempore maius ſpatium pertranſit, vel in minori maius vel in minori æquale *ſecund. Ariſt. lib 6 Polit.*

Velocitas eſt qua expediti ſunt animi ad celeriter aliquid obeundum matureq; tranſigendum: quæ laus habetur propter animi multarum rerum breui tempore perceptionem: nam corporis Celeritas fere dicitur, vt Quinctus Curtius oſtendit. Velocitati contrarium, tarditas. Græcis βραδύτης.

## ¶ PHILOSOPHICÆ SENTENTIÆ.

Velocitas & tarditas non diuidunt motum, vt differentiæ eſſentiales *Auer. in 5. phyſ. tex.* 43.

Velocitas procedit in motu in infinitum, vt diuiſibilitas procedit in continuo in infinitum. *Idem in 7. phyſ. tex.* 15.

Velocitatis diuerſæ quod eſt, in tribus modis inuenitur, aut creſcit, aut minuitur, aut eſt vtroque modo. *Auer. in 3. phyſic. cap. 2. text.* 61.

Velocitas dicitur æquiuoce de motu circulari, & recto. *Idem in 7. metaph. t.* 24.

Velocitas propria vnicuiq; motui ſequitur exceſſum motoris ſuper potentiam moti. *idem ibid. t.* 35.

Velocitas & tarditas non ſunt, niſi ſecundum proportionem potentiæ motoris ad potentiam moti: quanto igitur fuerit maior proportio, tanto magis erit motus velocior: quanto proportio minor, tanto motus erit tardior. *Idem in 2. de cælo, tex.* 36.

Velocius aliquando motum eſſe, aliquando tardius ab eodem motore accidit neceſſario, propter diuerſitatem illius portionis, quæ eſt inter rem motam, & motorem: & diuerſitas proportionis accidit, aut propter tranſmutationem contingentem motori, ſiue debilitatem, ſiue vigorem, aut propter tranſmutationem contingentem moto, aut propter vtrunq;. *Auer. in 2. de cæl. t.* 36.

Velocitas in rectum non inuenitur in ſphæra, nec in pyramide, niſi per accidens. *Idem in 3. de cæl. t.* 70.

Velocitas motus eſt ex potentia motoris ex augmento ſuper potentiam moti. *Auer. in 3 de cæl. t.* 27.

Velocitas motus eſt ex victoria mouentis ſuper mobile. *D. Th. in 7. phyſ. lect. 9. tex.* 35.

Velocitas motus minuit tempus, & auget longitudinem ſpa[…] *dem ibid.*

Velocitate inæquali quæ mouentur, quod velocius eſt, in æ[…] tempore per maius ſpatium mouetur. *Procl. elemen. Phyſ[…] pon.* 8.

Velocitatis inæqualis quæ ſunt ſi moueantur quædam te[…] ſumantur, maius tardioris, minus velocioris, in quibus quod v[…] us eſt maius ſpatium mouebitur, tardius autem ſpatium mi[…] *dem ibid prop.* 7.

Velocitate inæquali quæ mouentur, velocius in minori te[…] tranſit ſpatium æquale. *ibid prop.* 11.

Velociore dato in ſeſqui altera ratione ad tardius demo[…] quod lineæ indiuiſibiles non ſunt *ibid. prop.* 14.

Velocia habent rationem mutuam eandem quam habe[…] per quæ mota mouentur. *ibid.*

Velocitate inæquali quæ mouentur, potentia inæqua[…] ſpondent motuum temporibus. *ibid prop,* 9.

De velocitate corporis. DIAL. VI.
*Franciſci Petrarchæ.*
GAVD.

Sed pernicitas multa eſt. R. Refert quonam curſus in[…] multos ſua velocitas in exitium tulit. G. Pernicitas mi[…] Currite mortales vt libet, cœli velocitas vos præcurrit, &[…] & ad mortem applicat. Illud vobis curſum e[…]ipiet, mo[…] Pernicitas ſumma eſt. R. Eo tendit, vbi deſinat. G. P[…] inaudita eſt. R. Illo properat vbi tarditas multa erit. G. [[…] tas infinita eſt. R. Sit quantalibet, vbi ſe exerceat non hab[…] quidem puncti vicem terra omnis obtinuit. G. P[…] mabilis eſt. R. Hæc ingenii laus eſt, cui maria, & cœl[…] nitas, & naturæ ſpacia receſſuſq; & arcana rerum omn[…] Corpus puncti momentiq; ambitu circumſcriptum, quo[…] citas latura, atq; vbi depoſitura eſt? Nonne enim vt la[…] hoc ſpatium, ſeu temporum, ſeu locorum, nihilominus quo[…] flexerit ad ſepulchrum currit? Illæ ſaltem anguſtiæ ſine[…] ſtrologicis coniecturis, aut geometricis demonſtrati[…] ſunt. Ita eo curritur, vbi perfecte non curritur. G. Incred[…] modo pernicitas eſt. R. Cum omnes homines exceſſeris, [[…] lum non æquabis. G. Pernicitas ſtupenda eſt. R. Hæc plu[…] deritibus, & præruptis locis comitata plano calle deſtitu[…] per propugnacula turrium, per antennas nauium, per [[…] montium innocue volitantes poſt leui pedis offendiculo [[…] blica prolapſos extinctoſq; nouit ætas noſtra. Auceps e[…] naturam inſueta, grauium corporum hæc leuitas, volu[…] minem non diu factura. Nam etſi inoffenſa proceſſerit, [[…] cito deſinet, breue robur hominis, breuiorq; pernicitas. G[…] nunc agilis ſum. R. Et aſellus agilis iuuenta, & ſenio pi[…] Spacio leuitas ingraueſcet. Prima ætas ſtimulos habet, [[…] ma, quicquid es eris diu, & ſi eſſe cupis, cura vt ſis bonus. [[…] virtus ſola non metuit.

# Venatio, Venator.

## ¶ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

VEnator, Græce ἀγρευτὴς, θηρευτὴς, κυνηγέτης, Qui fer[…] perſequitur. Sæpe metaphorice eſt indagator, e[…] tio Hebr. *Tſaiidh*, à verbo *Tſodh*, venatus eſt, quæſi[…] indagauit, inſidiatus eſt feris. Venator autem nomina[…] rete, *Matſudhi*, venabulum, *Matſodh*, & rete pro p[…] *ſodhah.*

## ¶ BIBLICI LOCI.

Venator Eſau, *Gen. 25. v. 21.* Venator robuſtus Nemro[…] *verſ. 9.*

## ¶ SENTENTIAE POETICAE.

Hor. l. 1. Carm. Ode 1.

*Manet ſub Ioue frigido*
*Venator teneræ coniugis immemor,*
*Seu viſa eſt canibus cerua fidelibus,*
*Seu rupit teretes Marſus aper plagas.*

Clau. lib. 3.

*Venator defeſſa thoro quum membra reponit:*
*Mens tamen ad ſyluas & ſua luſtra redit.*

Ouid lib. 1. de remed. amor.

*Vel tu venandi ſtudium cole ſæpe receſſit*
*Turpiter à Phœbi victa ſorore Venus.*

## ¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

Venationem violentam decernimus, latrocinium, pl[…] rannidem, & omnem bellicam violentiam, *Plato in Soph[…]*

Venationis pedeſtris duæ ſunt partes: altera animalium [[…] torum, altera agreſtium, *Idem ibid.*

Venatoria ars nulla ſe extendit amplius, niſi venetur & [[…] *Euthydem.*

omnis, & quæ cum canib. fit non minus ſtudioſe ab adoferi debet propter vtilitatem quam affert in cognoſcendo ... em. *de legib. dial. 6.*

... pedeſtris ſola laudanda eſt noſtris athletis: at quæ nocte ... laude digna, nec quæ laborum remiſſiones habet, quæ ... laqueis, ſed quæ canibus & equis & corporibus noſtri vi... probanda eſt: Omnia enim illa ſuperant curſib. & pla... laboriб. ſua manu venantes, qui diuinæ virtutis ſtudio te... *Plat. de legib. dial. 7.*

... legiſlator & laudare, & vituperare debet, ad iuue... & ſtudia reſpectu habitu, eamq; quæ animos iuuenum ... reddit, laudet, quas contra, vituperet, *Idem ibid.*

... multiplex eſt, nam & aquatilium & volatilium & beſti... hominum, & furta, & rapinæ, latronum, & exercituum ve... *Plat. de legib. dial. 7.*

... equis & canib. & corporis viribus nemo vbicunque ... prohibeat: nocturnum vero venatorem canib & re... dentem nemo vſquam venari ſinat: aucupem in agris & ... nemo prohibeat, in cultis & locis ſacris prohibeat quiſquis ... oderit. *Idem ibid.*

... ratione præclara multa leguntur in libello Xenophontis, ... illud noua quadam ratione tractantis, viriſq; milita... ( quam prolixe deſcribit ) exercitium commendan... ſophiſtas carpentis, qui in puluere Scholaſtico de rebus ... ferientes, nec ſibi nec reipublicæ proſunt: imo variis ... ſunt & nocent.

De Venatione & canibus. DIAL. XXXII.
*Franciſc. Petrarch.*
GAVD.

... canibus gaudeo. R. Nunc intelligo adoleſcentis imberbis ... de quo Flaccus. *Gaudet equis, canibusq; & aprici gra...* Vide autem ne & quod ſequitur ſis. *Cereus in vi... monitoribus aſper. Vtilium tardus promiſſor, prodigus ... ſublimis, cupidus & amata relinquere pernix.* Hunc te e... quo gaudium tuum in fugaciſſimis rebus loces. G. ... volucribus delector. R. Hoc inſaniæ deerat. Non ſatis eſt ... vagari, volare etiam inſtituis. G. Rides me? non volabo ... volantibus delectabor. R. At illæ delectationem tuam ... abeuntes, nec te noſcent, & ingratæ ſe vocanti ſurdas ex... implumis facies? Alata voluptas tua eſt. Finge te dedit, ... occupatio, iterum clamabis, & oblitus melioris, nego... iterum retro accliuis & oculos fixus in nubem poſt ... flebis, quaſi neceſſarii operis vita ferat, ex commodo ... vos volucrum ſeruos eſſe gloriamini. Natura vobis ... fecerat, vos hanc fræno, curuis hanc vnguibus occupa... vndiq; & volandi ſtudio manci effecti, ne nihil a... multo cum ſtrepitu ante diem ſurgitis & quaſi ſint ... præcipitanter erumpitis, tota dehinc luce iactamini ... ac vepribus, implentes cuncta clamorib. diſſonis, & in... Inq; hoc ſpiritum nulli maiori rei habilem effun... quo maiores veſtri bello terrebant hoſtes, pace iu... defendebant. Sero autem re veluti bene geſta domini ſe... quam bene vel auis hæc volauerit vel illa digeſſerit; ... quot alarum plumæ ſuperſtites, quot emiſſæ. Nonne ... ſcientia veſtra eſt? Hic amor, hæc felicitas, & hoc totum ... Deo, quod altrici patriæ, quod parentibus, quod ami... accipitres, aut herodios veſtros ſonantes in nubibus & ... paululum, & ſudorem, & puluerem, & nocturnam ... hiſtoriam. In hac enim indefeſſi ſemper & validi, de... & imbecilles ad ſeria, Liuii hiſtorias, & Ciceronis ora... (nec pudet) literas prolixitatis arguitis. Quis hæc in... audiat? Quis vos ferat ad aliud natos in his viuere, ſi ... hoc agentes? G. Canibus atque auibus delector. R. At... & illuſtrium multos equis, quoſdam canibus, delectari ... eo vſq; vt Adrianus Imperator non equis ſolum, ... ſupra memoraui, ſed canibus quoque buſta conſtruxe... inſuper eo loci vbi vrſam proſpera venatione pereme... ſæpe & mactare ſolitus leonem, auibus nullum fere, ... ferunt à Vergilio Marcellam Auguſti nepotem, ... operam adoleſcentulus videretur. G. Venatu libenter ... R. Fuit hæc quondam Latinorum, nunc Gallorum ars ... quod & res probat, & illorum ſcriptores aliqui glorian... vt ſileam Reges quorum tota vita venatio eſt, ſummus ... regum quantum ab armis otii fuit venatu (vt vides) aſſi... exercitus, ad extremam morti proximus venatu etiam ... ſenectutis, atque incommoda refouet. Mirum dictu, ... præſertim literato, nec à ſtudiis melioribus abhorrente, ſed ... hoc illi erat (vt perhibent) ſitq; gentilitium, finite. Ne... gloriam Gallis Itali eripiant, neq; velint de vanitate con... Nam ſi errore depoſito in remipſam figis oculos, ſemi... vltimi ordinis exercitium hoc videbitis, quos a rebus ar... quidam, & ignauiæ omnes diffidentia, ab humilibus ... pudor, ac ſuperbia dehortantur & retrahunt. Ad honeſtum igitur nihil idonei, ſiluas colunt, non vitam ſolitariam acturi, cui non minus quam politicæ ſe ineptos ſciunt, ſed feris ac canibus, & volucribus conuicturi, quod non facerent niſi illis ſimilitudine aliqua iuncti eſſent, qui ſi ex hoc voluptatem quandam, ſeu ſolam temporis fugam quærunt, virique ſtulti, voti compotes forſan euaſerint. Sin neſcio quam, ceu magnificentiæ, gloriam aucupantur, errant. Quænam quæſo non principibus modo, ſed ingenuis, eſt gloria, mechanicis immo & ſeruilibus delectari artibus, atque negotiis? Vna horum excuſatio. Nam qui liberalibus ſtudiis quæ maiores coluerunt ſui, atque omnino literis indixerunt bellum, quonam potius quam ad hoſtilia caſtra transfugerent? Sed pudebit forſitan, ſi ad antiqua reſpiciant, ſeque cum maioribus metiantur ac comparent. Sæpe quidem lege potuerunt & Platonem philoſophantem, & Homerum poetantem, & Tullium orantem, & Cæſarem triumphantem, venantem puto non legerint.

¶ SIMILITVDO.

*Plutar.* Pueri ludentes, petunt ranas ſaxis, at illæ tactæ ſerio emoriuntur. Sic nos animi cauſa venamur, ſed ſerio occidimur. *In Mor.*

---

# Veneficium. Venenum.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

VEneficium, Græce φαρμακεία, ας, ἡ, & φάρμακον, ου, τὸ, venenum, & φαρμακὸς, οῦ, ὁ, veneficus dicitur. Veneficium Hebr. *Caſchaph*, à verbo *Kiſſcheph*, faſcinauit, faſcinis vſus eſt. Cognationem habet cum *Aſchaph* Sophus, magus, & cum *Schakaph*, proſpexit, inſpexit. Hinc per metatheſin auſpex, auſpicium, auſpicor, &c. & per conuerſionem radicis βασκαίνω, faſcino. Venefici autem dicuntur, qui veneno homines extinguunt. Dicuntur etiam venefici, qui malis artibus & faſcinationibus ac poculis amatoriis vtuntur. Horum artes veneficia appellantur.

¶ BIBLICI LOCI.

Veneficia damnantur, *Gal.* 5.20. veneficii pœna, *Apocal.* 9.21. & 22.15.

¶ SENTENTIAE PHILOS.

Venenum quoddam in Achaia naſci aiunt, quod Pardalianches ab angore dictum eſt, hoc venatores victimam aſpergunt, & recedunt quum ab ipſis Panthera conſpicata fuerit, ea vero poſtquam id tetigerit, de more ſtercus hominis quærit, quocirca ſtercus Venatores in vaſe reponunt, ac ex aliqua arbore vas ſuſpendunt: fera inſiliens ibidem ad extremam defatigationem perueniens ab ipſis ſuperatur, & illorum præda efficitur. *Ariſtot. de admir. aud. num.* 6.

Venenum à Gallis toxicum dictum confici legitur, ideo adeo velocem interitum corporibus adferre aiunt vt Galli venatores, cum ceruum, aut aliquod animal ſagitta transfixerunt maxima cum feſtinatione accurrentes carnem vulnere infectam reſecent, ne reliquæ partes animalis veneno afficiantur: partim quidem cibi cauſa, partim ne animal putridum conficiatur. Alii tamen remedium toxico inueniri corticem roboris adfirmant. Alii alterum aliquod folium, quod coruacium appellant, cum illi aduertiſſent coruum venenum deguſtaſſe, languoreq; affectum ad eum magno impetu aduolare, ac illud poſtquam deuoraſſet, à dolore quieuiſſe. *Ariſt. de admir. aud. num.* 4.

Venenum Scythicum quo milites Scytharum ſagittas reſpergunt, ex vipera confici aiunt: reſeruant enim viperas, quæ iam ſobolem procrearunt, vt apertum eſt, has capiunt, ac nonnullorum dierum ſpatio liqueſcere dimittunt, ac cum putrefactæ idoneæ ſunt vniuerſum hominis ſanguinem in olla effundentes intra ſterquilinia defodiendo operiunt, ac cum ſanguis putruerit, eam partem, quæ aquæ effigiem repræſentat, virulentæ ſaniei viperæ commiſcent, & lethalem veneni ſpeciem efficiunt. *Ariſt. de admir. aud. num.* 137.

Venenoſis omnibus contraria eſt ſaliua hominis ieiuni, qui in ſera præcedenti abſtinuit à cibo. *Alb. Mag. de anim. l.* 7. *tract. cap.* 5.

Venenum aliud eſt calidum, aliud frigidum: calidum quaſi comburendo interficit, & cito quaſi aduſtum reddit locum morſus. Frigidum frigidando interficit cor, cum vaporaliter ad cor defertur. *idem ibid.*

Venenum ſubtilius citius penetrat, & necat, ſed facilius conſumitur, & medicinam recipit. *ibid.*

Venenorum duæ ſunt ſpecies, ſecundum duo principia ſuarum operationum: Vna habet principium ſuæ operationis à qualitate actiua, vel paſſim, quæ in ipſo eſt: alia forma ſubſtantiali, & tota ſubſtantia ſuæ naturæ, & ſpeciei: Prima ſpecies quatuor modis operatur: aut corrodit putrefaciens ex acumine ca-

loris